Addenda et emendanda

Objekttyp: **Corrections**

Zeitschrift: **Mitteilungen der Antiquarischen Gesellschaft in Zürich**

Band (Jahr): **10 (1854)**

PDF erstellt am: **27.05.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.
Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.
Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Ein Dienst der *ETH-Bibliothek*
ETH Zürich, Rämistrasse 101, 8092 Zürich, Schweiz, www.library.ethz.ch

http://www.e-periodica.ch

ADDENDA ET EMENDANDA.

355 déc. à Genève en 1690, aujourd'hui perdu.

HIC REQVIESCIT
IN PACE BONE ME
MORIE L · E · QVI
VIXIT ANNVS XIII ·
5 M · M · M · M · M ·

Blavignac hist. de l'arch. p. 11 ex chronicis manu scriptis nescio cuius Genevensis hominis, qui v. 5 explicat: M(aria) m(ater) m(isericordiae) m(iserere) m(ei). — Aut recens aut falsa.

356 'Auf der Fläche eines kleinen Hügels, der etwa eine Viertelstunde von Solothurn gegen Süden liegt und nach drei Seiten sich gegen die Ebene absenkt, soll man früher eine Menge Thonscherben und Ziegel, auch Münzen gefunden haben; an der langen Nord- und Westseite erkennt man Spuren eines terrassenartigen Walles. Hier fand sich 1853 eine grosse, wohl 15 Mass haltende mit einem Ziegel bedeckte Urne, die zerbrochen ward; der Ziegel selbst zeigt Buchstaben auf der äusseren wie auf der inneren Fläche. Auf der ganzen Ebene wird seit langer Zeit Thon ausgebeutet' *Hugi.*

in facie exteriore: *in facie interiore:*



Misit Hugi museo Salodurensi praefectus gypso expressam addita accurata et plena descriptione, quam supra exhibui in compendium redactam; innotuerat ante ex ephemeridibus (Augsb. Allg. Zeit. 1853 n. 326 p. 5205 ex epistula data Bernae 17 Nov.). — Quid subsit in litteris his magnitudinis diversae et collocationis admodum variae, equidem non assequor; nisi quod ɔ L potest explicari *sextarii quinquaginta* (v. supra n. 242 *c*).

n. 71 Blavignac hist. de l'arch. p. 326 pl. IV, n. 8. Reperta est in turris campanariae parte septentrionali.

n. 104 supple .. *v*ALERIO KANĪ *f.* *v*OL · KANO FILI*o*.

n. 111 Blavignac hist. de l'arch. p. 13. 323. pl. I, n. 3.

n. 119 ex parte repraesentat pictam Blavignac hist. de l'arch. p. 332 pl. X *bis* n. 7.

p. 27 l. 18 fere *l.* fore.

n. 160 inter v. 2 et 3 Rothius esse versum non scriptum notat.

n. 161 lapide expressam repraesentat Blavignac hist. de l'arch. p. 330 pl. IX n. 1.

n. 162 adde: de Wal mythologiae septentrionalis mon. epigraphica Latina (Traiecti ad Rhenum 1847) praef. p. X a Vereneto.

n. 163 adde: Orell. analecta epigraphica (ind. lect. acad. Turic. 1838 auct.) p. 53; de Wal myth. sept. praef. p. X a Vereneto, qui pessime descripsit.

n. 181 Nuperrime Rothius Basileensis (historische Zeitung der Schweizer geschichtsforschenden Ges. 1854 n. 1) ex annalibus, quos Colmariensis monachus ordinis Dominicanorum ad annum usque 1305 conscripsit, antiquissimum huius tituli typum edidit, quem ad annum 1274 auctor adnotavit: 'Titulus petre pertuse sive perforate que est in Dioc. Basil. in valle Sergawe:

Numinis Augusti vis (*sic*) ducta per ardua rupis
Indicet miligenis cuncta subire malis'.

Quem typum ad Stumpfium propagatum esse apparet, ita tamen ut pro versu secundo nescio quid aliud substitueretur; neque operae pretium est exquirere quid in singulis exemplis cogitarint vel potius desipuerint monachi illi petulantes.

n. 192 v. 8 FESTILIA *l.* FESTILLA.

n. 194 supple *prae*FECT*o* *o*PERVM *publicorum.*

n. 223 v. 4 fortasse PVBLI · PRIMVS · ET · SECCALVS.

n. 237 pro Russkilch *l.* Busskilch.

n. 253 instrumenta infra incisa haec sunt:



Praeterea restat tertii instrumenti, securis fortasse, tenue vestigium intuenti a sinistra. Secundum monuit me Kellerus instrumentum esse angulis excipiendis et delineandis aptum, cuius generis unum ex ferro servat museum antiquariorum Turicensium forma hac:



n. 288 Ravenez III p. 211, cui dedit Rothius.

n. 292 Ravenez III p. 210, cui dedit Rothius.

n. 303 Bruckn. apud Rothium sic: OT ‖ OEZ (non Z) ‖

n. 307. 308 Quattuor lapides cruce insculptos ad vicum Kaiser-Augst a Schmidio repertos exhibuit Ravenez III, 211 sq. pl. XIX, f. 1. 2. 3. 4 delineatione a domino accepta. Scripti duo ibi a Ravenezio dantur eadem fere forma quae apud me dicitur Neustückiana; nisi quod 307, 4 errore typographico apud me PIAB legitur pro PIAIB et 308, 1 apud Ravenezium in tabula est REQVIISCT, in textu REQVIISCT. — Ceterum perscripsit ad me Rothius hodie Radoarae lapidem quidem adhuc extare, Baudolilli autem et duos reliquos lapides cruce signatos post Schmidii mortem investigari non potuisse. Basileenses antiquarios aliquoties inquisivisse diligenter, cum emptionis causa inventarium facerent, sed nihil tale reperisse, ut ipsum Schmidium alicubi lapides occuluisse vel defodisse existimarent.

n. 320 v. 3 FIO *l.* PIO.

n. 335 v. 5 rectius COS · IIII; cf. n. 322.

n. 344 p. 80 Multas tegulas numero XXI signatas Lenzburgi in loco dicto *Schwarzaecker* et ad curtem Wildenstein pagi Lenzburgensis repertas esse perscripsit ad nos d. 26 Febr. 1854 R. Bertschinger Lenzburgensis.

n. 344 p. 80 in capite de Rupperswyl pro Behlhofen *l.* Oehlhafen.

n. 352, 82 *c* adde: Parent ms. Sal. p. 58, ubi est OEΠOM.